Ressurrexit, sicut dixit, alleluia :
Ora pro nobis Deum, alleluia.

v. Gaude et lætare, Virgo Maria, allel.

R. Quia surrexit Dominus verè, allel.

Oremus.

DEUS, qui per resurrectionem Filii tui Domini nostri Jesu Christi mundum lætificare dignatus es : præsta quæsumus, ut per ejus genitricem Virginem Mariam perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per, &c.

Depuis la Trinité jusqu'à l'Avent.

SALVE, Regina, Mater misericordiæ, vita dulcedo et spes nostra, salve. Ad te clamamus exules filii Evæ, Ad te suspiramus gementes et flentes in hâc lacrymarum valle. Eia ergo, Advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Jesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende, ô clemens, ô pia, ô dulcis Virgo Maria !

v. Ora pro nobis, sancta Dei genitrix :

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.